



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Inuidiae mala sunt quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

lus parentes nostros seducere uoluit,  
quia inuidiebat eis regnum cœlorum  
quod perdiderat, & nunc facit simili-  
ter nobis. Inuidus enim socius est dia-  
boli, quia per inuidiam fratres uendi-  
derunt Ioseph, Cain occidit Abel, Iu-  
dei Christum crucifixerunt. Et Augu-  
stinus. Per inuidiam Christus crucifi-  
xus est, ideo autem qui inuidet fra-  
trem suum, crucifigit Christum.

Augus.

*Inuidiae mala sunt quatuor.*

**P**rimum est, quia cuncta bona ex  
terminat. Vnde Isidorus. Cun- **Isyd.**  
cta bona uirtutum germina in-  
uidia concremat. Et Gregorius. Nam **Grego.**  
cum inuidia mentem tabefecerit, cun-  
cta quæ inuenierit bene gesta consu-  
mit. Secundum est, quia inuidum cru-  
ciat. Vnde Isidorus. Inuidia animi ut **Hyd.**  
tinea sensum comedit, pectus urit,  
mentem afficit, cor hominis ut quæ-  
dam pestis depascit. Inuidus uult po-  
tius carere bono, quam socium in eo  
habere, potius uult socium habere  
in miseria, quam in felicitate. Tertium  
est, quia aufert bona homini proximi,  
quæ essent sua si eū diligeret. Augusti **Augus-**  
nus. Pensent inuidi quantum bonum  
est charitas, quæ aliena bona sua facit.

Augus.

CHRISTIANA

Idem. Tolle inuidiā, & tuum est quod  
habeo. Quartum est, quia auferit ho-  
mini proximum. Vnde ait Vgo de san-  
cto Victore. Superbia auferit mihi  
Deum, inuidia proximum, ira me  
ipsum.

*Inuidiae remedia sunt duo.*

Greg. **P**rimum est, ut homo amet eabo-  
na, quæ possunt haberi à mul-  
tis. Vnde Gregorius. Qui liuo-  
ris peste carere desiderat, illam here-  
ditatem diligit, quam coherendum nu-  
merus non angustat & omnibus una  
est, & singulis tota. Idem. Imminutio  
liuoris, est affectus surgens interz-  
dulcedinis, & plena mors eius est per-  
fectus amor eternitatis. Idem. Viru-  
stus per hoc quod in terris nil appe-  
tit, alienis profectibus inuidere ne-  
scit. Secundum potest esse cogitatio  
malorum, quæ ex inuidia oriuntur, &  
est in præcedenti capitulo uidere.

*Ingratitudo tria mala facit.*

Bern. **P**rimum est, quia Deus eam o-  
dit. Vnde Bernardus. Ingratu-  
do hostis gratiæ est, inimicala-